



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Myro Episcopvs Cretæ Tavmatvrgvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

Iosophus, ex quo hæc sunt deponpta. Lucianus presbyter, Marcellinus in Chronico, Nicephorus lib. 14. c. q. Gennadius, Beda, Sigebertus, & alij.

Errat hic Nicetas, non sunt inuentæ æuo Constantini M. Nec annum attigit Beda & Bedam se-  
cuti. Lucianus presbyter Confules signauit Hono-  
rium X. Theodosium VI. qui fuit annus Christi  
15. Honorij certè & Theodosij ætate repertos  
adocet, & Marcellinus & Nicephorus cum Genna-  
dio. Lege Baronium Antinoli. V.

Non minus erè miraculum euenit cum idem protomartyr, postea Constantinopolis Romam est translatus, (Pelagio pontifice ut est in Martyr. Rom. 7. Maij) & in sepulchro D. Laurentij conditum cui honoris causa D. Laurentius dextram con-  
cessit uti his verbis narrat Illephonsus Giron Hispanus in concione de D. Stephano. Cuius, in-  
quit, corpus translatum in Basiliacum Diui Lau-  
rentij, ad eo urbanè à Laurentio ibi iacente excep-  
tum est, ut gloriose Stephano tanquam primo  
Martyri primas dederit Laurentius, loculum suum in sinistram transferens, dextram Stephano  
concedens. Ob quam causam ab Italibus nuncupatur Laurentius urbanus Hispanus: El cortes Espanol. civilis Hispanus. Nec tacenda S. Theodora Thessalonicensis matrona, de qua Menæa s. Apri-  
lis. quæ & ipsa religiosæ antistitiae suæ mortua  
mortuæ locum dedit in sepulchro.

S. MYRO EPISCOVS  
CRETAE TAVMATVRGVS.

*8. August.  
Martyral.  
Rom.*

A Vrace natus est hic, ciuitate Cretæ,  
haud procul Gnosso, qui pietate sin-  
R 5 gulari

gulari aduersus Deum genus obscurius ex-  
ornavit. Primum ducta vxore terrā coluit,  
frugesq; labore partas in pauperes tribuit.  
Copia autem frumenti tanto magis aucta  
semper est, & cumulata, quanto plura ille  
largebatur. Commiseratio autem eius seu  
misericordia planè diuina fuit, Aiuunt in a-  
rea quondam ipsius, duodenos esse fu-  
res frumentarios captos, qui culeos suos  
frumento implebant, pondere verò adeo  
pressos uti neque leuare, nec auferre fac-  
cos potuerint. Quibus ipse pro pœna irro-  
ganda, & verberibus infligendis potius ad  
tollenda onera succurrerit, vltroque singulis  
suas sarcinas suis manibus leuatas in hu-  
meros imposuit, præcepitque ut id nulli  
prorsus enunciarent. Initiatur ergo sacer-  
dotio in sancta Dei Ecclesia. Deinde sedata  
persecutione ad pontificatus thronum est  
euectus, multaque digna admiratione fa-  
cta eius extant. Nam & serpentem ditione  
illam perustantem exegit, & Tritonis flu-  
minis, quod traiecturus erat, inundatione  
repressit, nec antea cursum tenere suum  
poterat, quam vir sanctus rediisset, domū-  
que reuertisset. Misso enim seruo suo flu-  
uium, qui missi fuerant attigerunt, cum  
aqua consuetum cursum tenuere. Reliquo  
vita

vitæ spacio sancte religioseque transacto,  
martyrum monumentis intentus, annum  
agens plus minus centesimum ad cœlum  
enolauit.

## SS. X. MARTYRES. A.C. 726.

Propter sacram Christi imaginem interficti.

**H**I sancti viri interfici Leone Isaurico, illa immanissima fera imperante, clauere. Leo quippe auersatus sacras iconas, flammis vrendas dabat, quatum causa B. Germanus P. C. multis afflictus est malis, quod impium & sacrilegum tyrannum reprehensum iret, qui I E S V Christi Domini & seruaroris nostri imaginem in porta ærea collocatam, omniq; veneratione cultam conatus est deiicere. Scalæ parantur, tigna prælonga imponuntur, iconomachi ascendunt, rem agrediuntur. Tum verò generosi isti heroes vnam ex scalis arreptam ad se trahunt, satellitemq; qui imaginem detractus erat interficiunt, ipsumque sacrilegum Imperatorem diris & execrationibus deuouent. Imperator ubi rem cognovit, ira inflammatus, multos quidem alios

gladio